

onus ex illis. Quid mirum? Dum pectus flagrat, prodigia cogitat: & Virgo, quem habet in utero, optat filium dilectum in medio uberum; ut introducat in domum genitricis maris omnium.

Cur amor Dei praestantior in mysterio Eucharistiae quam in Incarnatione

D. Thom.

P. I. 110.4.

Agnoscentur magnitudo amoris ex extensione libertatis.

Luc. 7. 29.

Liberitas Christi erga homines sanctorum.

13 Quæstio iucunda substituit animo, videlicet, Amor divinus an tenerior in Incarnatione condicienda, vel in Eucharistia? Verbum infans, sine maiestate maiestas, mortalitas immortalitas, adstricta immensitas, passibilis impassibilis, temporalis æternitas, impotentia omnipotentis, depressio Creatoris, atque exinanitio Deitatis in formam servilem, ut impossibilia gravant humanam cogitationem; & amori superanti impossibilia, conceditur iure laurea. Cetera ergo prodigia pendenda, est magna, quasi nihil, ex suppositione primi miraculi. Nihilominus tamen D. Thom. Opusc. 57. plaudat Eucharistia Sacramentum Miraculorum maximum: igitur divitias Christi Dominus erga nos amoris effudit, dum in hoc omnium Mirabilem memoriam fecit. Si in Incarnatione vel impossibilia vincuntur, quomodo Eucharistia miraculum maximum? Incarnatio Verbi divini opus utique singulare, decor humanæ naturæ, tamquam nexus cæli & terræ; cæterum gratia hypostatica unionis, omnimodè mira, unice humanitati fuit collata: in Eucharistia sumit unus, domunt mille, tantum isti, quantum ille, quia donum universale: ex dono, & modo, amoris cognoscitur magnitudo: & amplius plauditur Eucharistia, quam Incarnatio; quippe quam gratia maior notis insignibus, quæ datur omnibus. Hinc voto Virginis, ut filium videret foris. In utero sibi, extrâ nascatur generi. Intendit amor in genitricem naturam, & filij gloriam: siquidem gratia eius adventus cognoscitur vera, ubi generalis gratia.

14 Ad vitam revocato filio viduæ Naimitæ, fama miraculi crevit, quam audiens Baptista in carcere victus, misit duos discipulos ad Dominum, dicens: Tu es qui venturus es, an alium expectamus? Si non audisset miraculum, interrogatio haberet effugium: sed audiens miracula, fides ambigua? Non potest dubitare, quod dubitari non potest. Quod illi minime creperum, exprimit dubium? Ille vel ab utero cognovit, & modo ambigit? Utiq. Aliquid rimatus est in miraculo dudum patrato, ut pectus percelleretur serpulo. Sol Christus ortus est cunctis, quorum sanitas in pennis divini Solis. Extendit alas in gratiam, & unicum tantum è tot mortuis revocavit ad vitam, Favor illius, uti Solis, universalis ho-

minibus cunctis. Contraxit amoris favorem, cum ingrederetur civitatem: quod audiens Ioannes, & sciens illum esse, interrogat, an sit ille: quoniam illius gratia serper extenditur toti generi.

15 Incede quomodo intuitu Baptista responderit. In ipsa autem hora (subdit Lucas) multos curavit à languoribus & plagiis: & spiritibus malis, & cæcis multis donavit visum: & respondens dixit illis, Euntes renunciate Ioanni quæ audistis, & vidistis. Nulla est infirmitas pertinax celestij medico: cuncti valent sine morbo, quoniam antidotum descendit de cælo. Cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, & Mortui resurgunt. Hæc renunciantia sunt? Sanè, verum quorsum? Ioannes inquit de Salvatore mundi, non de miraculorum ostentatione: an ille fit, quem cognovit Salvatorem, an ne aliam supersedit posthac sperare salutem? Hoc inquit, & Christus tot miraculis adæquatè respondit. Favor omnibus, Salvatoris erat signum, quod eius è cælo signaturum adventum: & non dicit interroganti Ioanni, quod sit ille; sed quod omnibus favor extenditur gratia: siquidem ex universitate ingenitæ generositate, agnosceretur planè, an sit gratia Salvatoris. Dudum uni tantum relictio vitæ spiraculum, quod origo quæstionis: modo mortui resurgunt, quod quidem enodatio difficultatis. Ioannes haud dubitat, an ille sit, qui semper est; sed gratia an sit illius, quam non susceperat universon genus: & Christus cunctis hominibus gratiam ostendit insignem, ut sese mundi ostenderet Salvatorem.

16 Proin addit Sponsa: Ibi me docebis. Quid docturum os infantis? Magnitudinem amoris. Cum suxeris matris ubera, ibi me docebis magna. Quarit amor dilectum sibi, dicitque dilectio: Gloriam meam alteri non dabo: & dum infans fugit ubera, doceat Sponsa, quomodo crescit charitas, quin evanescat in pectore ex dilecti absentia parta felicitas: quandoquidem gratia maior ostenditur, dum extenditur gratia; & fit eadem plures & maioris, causa universalitatis. Vota Mariæ Verbum divinum traxerunt in uterum, quod quidem Virgo toto pectore hausit, vel dum in ipso sinu Patris invenit, in cuius utero habitu inventam, ut homo. Ibi erat dimittaxat matri, & mater non querit ibi. Foris sollicitat, ut foris homo dilectum inveniat: igitur haud fatiantur desideria charitatis, ni Salvatoris gratia comprehendat omnes: ni nasceretur mundo, & nati gratiam participaret homo: igitur fa-

V. 11. & 22.

Ibid;

Gratia communis propria Salvatoris.

Cant. 8. 2.

Nitor gratia fiat in gratia ex se infans.

lutare Dei expectabat omnis caro: gratia tanta quasi nulla, quippe gratia quæ non prodest, non est gratia: & latagit amor genitricis, in utero cæli gloriam habentis, nativitaris infantis: ut homo extensionem gratia cogitans in beneficio, gratiam cognoscat advenisse de cælo: Filium quem habebat in purissimo ventre, esse Salvatorem mundi; & arque per naturam hominem, homines conspecturos Deitate.

Sua Virgo confidat nostra comoda.

Hefius.

17 Accipit Virgo ut meliora reponat. Multa optat, nihil sibi servat. Ut alij accipiant cuncta, requirit omnia, etenim amoris magnitudine, tenero corde, quasi interest fer sua, querit nostra. Felicitate eius charitas cantat & incantat, apud Guilielm. Hefium in Embl. Sacr. lib. 3. Embl. 11.

Sol mihi verus amor, habeat Sol nomen amoris.

Qui solidi verum nimen amoris habet. Atque utinam, nostri saltem in solatia mundi, Orbis amor parvi Sol novus esse velit!

DIDASCALIA X.

Virgo Maria mater ad templum.

Ambr. Duxtrix virginum & duxtrix Virgo mater.

Venaat.

Gen. 11 30.

Maria semper mater Christi.

1 Ntonar Ambrosius lib. 2. de Virginib. O novam gloriam! Novam, ut afferantur Regi virgines post eam, trito iam icinere devio naturæ in virginitate, ut sequantur agnum quocumque ierit. Melius quam Dianam imitabantur Mariam: igitur quod factum, factum.

Inde Dei genitrix, pia virgo Maria coruscet Virgineoque agni de grege ducit oves.

Ipsa puellari medio circumdata cætu Luce pudicitia splendida castra trahit.

Felices, quarum Christi contingit amore, Et quasvisque sacer vexit ad astra pudor.

Succinè camæna Venantij Fortunati lib. 8. eam. de Gaudijs vit. eter. v. 25. De Sara dicitur: Sterilis erat, nec habebat liberos.

Alij ut vidimus in Exposit. lit. legunt: Non erat mater, quia non erat ei filius. Haud censenda in clausulis Tautologia: siquidem coruscet in Virgine prærogativa, quod sine pignore prolis nitor singularis repleat materinitatis. Vide, ut sileas, supra quæ cogitas. Vide ut loquaris, & miteris. Ad templum ducitur trimula, tenera, pupa, quasi avulsa à dulcedine uberum; sed vel tunc mater ad templum.

2 Astipulatur Ambrosij cogitationi

Caius Sedulius lib. 5. Carmin. vers. 359. Hæc est conspicuo radians in honoris Mariæ, Quæ cum clarissimo semper sit nomine mater. Mater, & semper! Utiq. Verum quomodo? Huiusmodi sane miraculum fugit omnino cogitationem hominum. Florem exprimit virginitas; fructum materinitas: qua ergo lege matris gloria, dum adhuc mælis in herba? & floret, & parurit? Mater fuit ubi in thalamo virgineo Verbum Divinum assumpsit humanitatem, & protulit virga florem. Deinde: Modo Soror Sponsa parvula, non habet ubera: quomodo aderunt sine mensura temporis gaudia matris: Ecce potissima gratia, & gloria singularis Mariæ, scilicet quod sit mater sine tracto, & sine tempore.

Sedul.

Quo pro digito?

Luc. 11 66.

Baptista gloria in quo maxime

Maria est modò, que futura mater

Rupertus

3 De nato Baptista, eius magnitudinem commendantibus miraculis, ita encomium conficitur à vicinis: Quis putas puer iste erit? Si modò coruscant miracula, ad quid futuri temporis memorantur prodigia, & designantur momenta? Ut rotilet Baptista amplissima gloria. Quid sit, modo inquirent, & quod erit, dicunt modò: erit magnus: iam est magnus: vox Verbi erit puer hic? & iam est vox: si intendit Præcursoris maior laus, & est quod erit: nil plus. Hispan. Publicaron el mayor blason, diciendo, que era todo lo que avia de ser. Si amplior desideratur Baptista gloria, & quod erit, est modò: non plus ultra.

4 Haud aliter cogitandum de prærogativa Virginis, ubi adducitur in templum Regis. Gloria eius eximia futura ex maiore dignitate, scilicet, habitare gaudia matris cum virginitatis honore. Est modò parvula, mater erit atate matura. Minime congruit penè infanti, quod apè futuro temporis. Laus ex maiore excellentia conficienda: cæterum excellentia humanæ cogitationi obijciat ut futura; qua nec habebit similem, nec sequentem: & ut amplius gloria rotilet, est modò quod posthac erit; quandoquidem mater & virgo, trimula siltit templo. Tunc Verbum concept corde: ait Rupertus in Hai. cap. 31. Tunc concepit? Utiq. ergo mater. Nonnumquam igitur modo conceptionis adheret honor inlita materinitatis.

5 In flore ætatis, pulchritudinis, & pudoris, Virgini ab Angelo nunciatur reitauratio humani generis; & quomodo illa fuerit electa à Deo ex qua & in qua Verbum Patris fieret caro: ut cum fieret, virginis antiquæ facinus nova Virgo piaret; & unde culpa dedit mortem, pietas daret inde salutem. Turbata est Maria in huiusmodi sermone, præ profunda humilitate (quodnam

pe

pectus non avidum, ad filium Dei suscipiendum?) sed innuit Angelus, gratiæ plenitudinem expellere foras timorem; parcere formidini, quia qui invenit gratiam, nescit timere. *Ecce (ait) concipies in utero. In utero? Ad quid uterus? Patet proculdubio pleonasmus.* Si hominem Virgo concipit, ubi nisi in utero habitationem habebit? Hæc est officina, fœtus formationi a natura destinata: cur ergo Gabriel, dum nunciat Virgini, concepturam filiam; quasi posset alius esse, signat conceptionis locum? Quia Virgo virginum bis felix concepit Verbum: & dum in Incarnatione concepit, & dum votum virginitaris emisit. Hic divine, ibi humane. Hic mente, ibi corpore. Hic corde, ibi denique carne: & Angelus signat ventrem, quando enunciat corporalem conceptionem; quippequam iam habebat honoris maternitatis ante maternitatem temporalis conceptionis.

Luc. 1. 21.

Maria bis concepit Divinum Verbum.

Eugen.

Fœmina mente Deum concepit, corpore Christum.
Cecinit Eugenius III. Archiep. Toletanus. In Christo erat unica persona, & duplex natura: & intellectualis, & corpora: & divina, & humana. Iuxta numerum naturarum, Christum Virgo amplexabitur conceptum. Locus singularis unicuique conceptioni in Virgine Matre: & Angelus exprimit locum; cum profert Verbum Dei, ubi hominem coacipiendum: siquidem nature divine locus, Virginis animus; nature vero humane, Virginis uterus. De mente in ventrem Virginis descendit Incarnatione Verbum Patris. Haud mutavit subiectum, sed solij locum: igitur inventa est habens in utero, quem iam conceperat intellectu. Minime sitam reliquit: thronum, sicut cœlum extendit: & occupavit Verbum Patris carni unitum, ambitum ampliorem, quem nequibat uti Verbum.

De mente Virginis descendit in claustra ventris.

Ibid. v. 21.

6 Antequam Angelus Virginem de conceptione firmaret, huiusmodi salutationem prætulit: *Dominus tecum.* Aliquibus (sed rigoroso sensu, heteroclitice: verò Theologico explicandis, quippe non nobis Cætonis ferula, est) in doctrina sana; nec aduncus nasus, sed reverentiæ interpretis vultus, maxime florentibus & eruditione, & sanctitate) placuit, vel non displicuit; huiusmodi salutationis verbis, perfectum mysterium Incarnationis. *Dominus tecum, hoc est, Dei Verbum nunc tecum est: & continuans orationem, inquit: Ecce concipies in utero. Quis igitur isthæc insubulabit? Concipies futurum est, Nunc præfens: quomodo præfens ostendit, quod futurum expo-*

Neil. 31

nit? Quia ut claretur mysterium, iam in Virgine præfens, quod futurum. Tecum Dominus est, sed aliter Verbum Dei habebis tecum: tecum est mente, sed habebis carne: igitur quem concepisti placidissime in animo; concipies post assensum iucundissime in utero. Expandat nunc fides splendens uteri pulchra tentoria, & dilecta tabernacula. Flammeus rotæ fulgor anhelat, albedo lilij puritate candicet, violæ purpura præstet, ligultri pulchritudo coruscet; ut Christi, humane nature sponsi, spectabilis thalamus, omnium virtutum rutillet varietate depictus. Descendat igitur filius Patris in uterum, qui Virginis occupavit intellectum. O clara genitrix mater Alcidis! Tecum est, & tecum erit: quem concepisti, concipies: etenim manebit in uteri sacri habitaculo, de præparato habitaculo suo, Cœlum cœli utique Domino.

Virgo in Incarnatione fuit Verbo Dei socium cœli.

Ib. v. 34

Et Virgo concepit in carne, sicut concepta in mente.

Ibid. 7.

Conceptio fuit Christi si corporis ad similitudinem verbi mentis.

Ist. 66. 7.

Luc. 1. 26.

7 Deinde. *Concipies in utero, ait; cum dixisset Verbum Dei nunc tecum est, vel Dominus tecum.* Si dum dixit *Fiat mihi*, Dei genitrix mox futura, concepit Dominum; quomodo conceperat, quando protulit nunciis *Dominus tecum*? Antequam conciperet, non concepit: repugnat sanequam sine conceptione conceptio: quo ergo pacto priusquam in utero conceperat, concepit in utero? Proclivè. Conceperat ante conceptionem conceptionis modum, licet in utero non haberet conceptum. Modus, quo Dominum conceptura Maria, erat planè virginitate illæta, atque integritate salva. Conceptura erat in utero, quem prius conceperat intellectu. Intellectus quin amittat virginitatem, verbum producit in lucem. Virgo quod concipit, virgo parit: & ita Virgo Maria priusquam in utero concepisset, in utero singulariter concepit; quoniam cum Dominus esset cum illa in purissimo intellectu, expressit similitudinem corporis, quam habiturus in claustris. Singularitas mysterij exigebat modi singularitatem, & unendi carni Verbi singularitatem in carne conceptionem. *Concipies in utero,* cum ad huiusmodi conceptionem iam Dominus tecum sit. Concipies, sed iuxta exemplar, quod tibi in monte monstratum est. Pater acumen: *Missus est Angelus a Deo,* qui dixit Mariæ: *Dominus tecum.* Quomodo si missus a Deo, in Virgine invenit à quo missus? Dubitat Bernard. Homil. 3. super *Missus est.* Facilis sanè enodatio: Missus est, ut Virgo conciperet mente, quem invenit in illa conceptum corde.

8 Adhuc, ni fallor, latitat auctoritatis acumen. *Dominus tecum iuxta præfatos*

609.

conceptionem sonat: *Concipies in utero* clarius generationem signat. Cur ergo si longe dilat conceptio mentis & carnis, in conceptione carnis præmittitur ab Angelo conceptio mentis? In solamen Virginis, turturæ matris. *Concipies in utero* audivit, & expavit. Virginis vota est. De illa cum maternitate actum *Quomodo fiet istud? Quomodo concipiam in utero, Quoniam virum non cognosco? Quomodo auctoritas matris, & honor virginis? Quomodo fiet istud? Sicut cum Dominus tecum.* Conceptione conceptionem expressit, ne anxia quasi de opposita virginitate fatigaret. Virgo Verbum concepit in animo, virgo concipies in utero. Ecce quomodo, quin cognoscat virum, fiet singulare miraculum: etenim intemerata concipies in carne, sicut concepisti in corde. Ideo a PP. dicitur Virginem concepisse, & ante conceptionem; quia in virginalem conceptum habebat similitudinem. Hæc sufficiant pro vero theologicæ sensu Damiani fœlicet, Sermon. 1. de *Nativitate Virginis*. August. lib. 2. de *Symb. ad Catechum*. Iudephon. Sermon. 3. de *Assumpt.* Laurent. Iustin. Sermon. de *Annuntiatione*. D. Thom. 3. part. quest. 30. artic. 4. & tot PP. in Concilio Chalced. Act. 1. apud Pet. Alexand. in lib. de *Deitate*. Aliqui, ni insurgant in PP. sibi videntur indocti, & videntur dum insurgunt, quippe non intelligentes doctrinam, læscant perperam.

Ib. v. 34

Et Virgo concepit in carne, sicut concepta in mente.

Ibid. 7.

Quoniam Virgo cogitabat, dum salutavit Angelus?

Ibid. 29

Pl. 66. 5.

Conceptus, seu genitus, ut observat hic Lorrin. De Maria planè intelligitur. Ideo Septuag. legitur: *Mater dicitur*: quam quidem fundavit Altissimus; cuius amplior gloria præstat in eo, quod fundaret fundatorem, ut in suo tabernaculo quietesceret, qui illam studioso creavit. *Homo & homo conceptus est in ea.* Quid hoc? Semel concepit, aut bis? Bis utique, ut idem modus rutilaret in gemina conceptione. Non est dubium, quod conceptio mentis rutilat fulgore virginitatis. Novum est, atque inauditum, quod fœtus in matre sit, & virginitatis minime decidat flos. Quod non audierat natura humana, spectandum in Maria: & dum concepit integerrima Virgo; dicitur meditantur, *In ea conceptus est homo & homo*: siquidem eodem modo, quo Filius Dei conceptus fuit homo in mente, ita fuit homo conceptus ex matris carne. Ibi igitur virginitatem non amisit, hic sacravit.

Lorrin. Septuag.

In ventris sacra vitæ, quæ virginitatem in animo si amisit.

Conceptio Virginis, priusquam conciperet.

Ist. 66. 7.

Rupertus

Peperit antequam pareret.

9 Virgo Maria contemplabatur Verbum divinum in carne, dum ab Angelo nunciatum mysterium in eius ventre; transiente filio Dei de mente in uterum Virginis, quasi transiliente colles. Non nude contemplabatur Verbum, sed in carne futurum, in subsidium hominum. Mirabatur Deum hominem, solidantem generis fragilitatem. Deum suscipientem aliena, minime amittentem propria: igitur nec Dei formam servi forma violavit; nec quod erat, esse destitit, ubi carnis assumpsit; in se immutabilis persistendo, & hominem in homine renovando. Hæc Virgo in contemplatione *Cogitabat*: & quæ cogitabat, Angelus Virgini nunciat; quippe licet Deum hominem habebat in mente, ita habitaturam in carne. Perpende proprietatem verborum. *Cogitabat qualis esset ista saluatio.* Haud pendebat salutationem, sed salutationis qualitatem. Substantiam conceptionis noverat, modum, sive qualitatem nesciebat: & gaudet consentiens Virgo: quia eodem modo, animi more, fiet in utero conceptio.

10 Cogita vividam Davidis auctoritatem. *Homo & homo natus est in ea.* Idem, *Tom. II. Taut.*

11 In argumentum Dialecticæ, seu tituli honorifici Matris in Præsentatione Mariæ, cogita, quod *Homo & homo natus dicitur in ea.* Ex ea enim nihil natum, donec peperit filium suum primogenitum. Si in ea antequam nasceretur, natus est filius; ante conceptum in utero, forebat fœtus: quippe non potest nasci, quod non concipi: & dicitur in ea Filius Dei & natus carne, & natus corde, in singulare prodigium; ut mater Dei cognoscat ad templum: quippequam fœtus facer exprimens in puella natiuitatem, præsupponit conceptionem.

Propheta vaticinatur Evangelicis. *Antequam parturiret peperit: antequam veniret partus eius, peperit masculum.* De Maria intelligit testimonium eius Doctor Rupertus ubi supr. num. 4. Peperit, priusquam pareret? Quis audivit umquam tale? aut quis vidit huic simile? Negat Vates; quod supponitur, & concessum inficitur. Si Sol necdum natus in orbem, quomodo Aurora produxit in lucem? Nondum ortus, & iam natus? Sanè. Priusquam Filium Dei, & filium suum conciperet corporee; concepit intellectu: antequam in utero, concepit animo: animo, in Præsentatione ad templum: utero, dum ministravit corpus. Natiuitas congruit fertui pro modo conceptionis: conceptio honorem indicat genitricis: & Virgo iure mater vocatur ad templum: cum iam peperisset, quem conceperat filium. Si pater filij natiuitas, nequit Virginis occultari maternitas.

12 Affine est acumini proposito, quod Angelus nunciat Iosepho, de conceptione Virginis anxio. *Noli timere (ait) accipere*

Q

Maria

March. 11. 10.

In ea fili-
us Dei
natus an
tequam
nasceretur
ex
ea.

Mariam conjugem tuam, quod enim in ea natum est, de Spiritu Sancto est, pariet autem filium. Hic intelligitur Natum, id est, Conceptum. Sed fecunditas in voce est, & non incongrue in cogitatum it. Qua lege natum nascetur? potest esse homo in ventre matris suæ iterum introire, & renasci? Quomodo pariet quod natum? Eodem modo quo conceptum. Quod natum est ex carne, caro est; quod natum est ex spiritu, spiritus est. Ideo in ea Verbum est natum, & ex illa nasciturum. Duplex fuit conceptio: & conceptio uniti carni corporea, & spiritalis in anima: diciturque verè ex Virgine nasciturus filius Dei, quem conceperat corpore; quia iam nativatem habebat in ea, cum concepsisset in mente. Si illum concepit, antequam conciperet; antequam pareret, peperit. In ea natus est filius, sicut conceptus. Quid mirum, si lactea pupa, dum templo sistitur, mater plaudatur; dum illi semper filius, priusquam in utero conciperetur? Hoc novum in eius gloriam, nimirum, quod esset priusquam.

Oroz.

Fructus
iuxta
fructus
exi-
guus.

13 Arbor fructifera pro symbolo perfectionis depingitur ab Orozio lib. 2. Emblem. 40. cum lemmate: In tempore suo. Exigua namque perfectio, atque sine magnitudine magnitudo: quandoquidem non magnum, dum tempus expectatur in fructum. Arboris in voluptatis horto fructificavit in principio; quippe magis delectant, si mensuram temporis vel contemunt, vel preoccupant. In paradiso idem est fructificare & exiliter. Nulla oliva, quin sit fructifera, in domo Domini: etenim exiit rationalis natura, virtutis & perfectionis existentia.

March. 11. 13.

14 Fructum à sicu petijt Servator N. sed abnuat ingrata petenti; Quia non erat tempus sicorum. De fructibus in hominibus fatagit, qui extra tempus in arbore requirit. Extra tempus, & quare? Impossibile sane. Minime: non extorquet impossibilia, sed perfectæ: & non erit obsequium, ubi tempus mensuratur ad fructum. Nihil in casum agit, dum extra tempus fructus arboris requirit: siquidem haud sollicitaret sine tempore fructus; ni plures rationalium asferret uberrimos ante tempus. Ficus nulatenus attendit petenti, sed importunitate fessellit spem esurientis, procul larvæ excusationis; quia dum petit Salvator tempus est, est non tempus.

Ultra
pus, gra-
tior.

Aliquid singulare volebat, ubi in sicu frondosa cibum sollicitabat: igitur magis mulcet esurientis palati aviditatem, quod extra vel ultra communem naturalem expectationem: parum etenim asserere voluptatis,

qui fructus temporis. Gratiam petebat Creator. Iuxta antelationem ælimator obsequium: unde nulla excusatio, tempus non esse sicorum; quoniam antefere petita, erat propriissime gratia. Dum in templum ducitur Virgo, mater plauditur. Non est tempus maternitatis, tempus quod floris: & gratia Virginis rutilat amplius, quoniam fructum benedictum pertulit ante tempus.

Namquam purpureum nemus
Lætarus violas petas,
Cum sævis Aquilonibus
Stridens campus inhorruit.

Canit Boëtius lib. 1. de Cons. Philosoph. Met. 6. v. 7. sed florere venustior campus, ubi flores ante tempus. Tempus erat florum, non fructuum, propter ætatem, adhuc in puella non florecentem: & iure tunc extollitur sicut mater ad templum; quippe simul ostendit forem & fructum. Videamus igitur si flores fructus parturiunt.

15 In Sanctuario collocat virga Aaron, quæ illic & floruit germinans, & fructificavit pullulans: quin ad tantam, subitamque venustatem, ullam in terra stirparet radicem. Mirum omnino & in substantia, & in modo. In substantia, quia non habebat radices: in modo quippe protulit unâ fructum & flores: de quo Nos hic Didasc. 12. num. 7. Invenit (Moyse) germinasse virgam Aaron: & turgentibus gemmis eruperrant flores, qui filijs dilatatis, in amygdalas deformati sunt. Huiusmodi virga Virginem portendebat, iuxta Hraban. hic, & Bernard. Homil. 2. super Missus est, & puella ætate arida turget in florum pulchritudinem, & flores elicit in fructuum dulcedinem? Quando? Dum sistitur tabernaculo.

Flores indicant virginem, fructus denotat matrem: & profectò mirificum, quod datur ad templum cum excellentia præstantissima matris, ubi tantum florere poterat commendatione integerrimæ virginis. Virginitas Verbum Patris concepit, & illic ut concepit, parcurivie: unde nacta est singulariter genitricis honorem, simulatque in templo obrulit virginitatem.

16 Aptius promam. Floruit virgo fructificavit in sanctuario, & in temporis momento. Vel tempus est floris, vel fructus, ut appareat in signis quale tempus. In triennio flores tantum apparent in terra nostra: næ, verum cuncta simul in terra virginea. Iam illi tempus fructuum, dum albis florum. Flos exprimit ætatem, quippe in trima dumtaxat emicat ætatis flos. Fructus perfectionem, ultra quam non laus, nec lex: & ducitur Virgo mater ad templum, sublimaturque titolo

Gratia
magis
grata, si
propria.
Virgo su-
peravit
tempus.

Boet.

In quo
Depara
fructus
Aronica
virgat

Num.
17. 3.

Verf. 4.

N. Hæ est
genitricis
honorem,
ut obtu-
li virgi-
nitatem.

Et præ-
propere.

D. Th.

Corpus
Christi in
Eucharis-
tia sal-
vatur in
indivisi-
bili quan-
titate.

Ioan.
Geom.

Virgo,
Mater
ad tem-
plum, in
vacularum
ma-
ximum.

Cant. 8.
8.

Et gloria
eximia.

tulo insigni, dum ingreditur sanctuarium; ut constet palam Virginis summum encomium: siquidem in flore tenuissimo temporis, perfectionem obtinuit maternitatis. Perfectio summa in maternitate stat, quin decedat è sinu decor, parthenicus flos: ac in ætate brevissima nascificitor perfectionem, ultra quam nulla: Non habet corpus, & continet Christum? Inter tot mira miraculorum maximum.

17 Ita plauditur à D. Thoma Sacramentum Eucharistie, Opusc. 57. Summa est gratiarum, epitome mirabilium; compendium potentia amoris, cumulus singularis charitatis, tabula, in qua luce auctoris ingenium, Miraculorum ab ipso factorum maximum. Multa multi dixere: aliquid ergo inferam cum novitate. Schola Thomistica cum Angelico Præceptore 3. p. q. 77. art. 4. astruit; essentiam Sacramenti verificari non tantum in qualibet materia, vel quantitate parte; sed etiam in quovis indivisibili: ita ut corpus Christi possit continere, quod non habet corpus. Hoc est miraculorum maximum. Quam apte à Ioanne Geometra extollitur Maria, Sacramentum Verbi Dei: Ita Hymn. 1. igitur fuit arcanum, sed sacrum secretum, in quo latent maximum miraculorum: quandoquidem dum sanctuarium ingreditur, & votum virginitatis ab illa primum exprimitur; ferè corpus non habet, & Christum continet.

Christus in Eucharistia micat vinum germinans virgines flores: Virgo ducta in templum, flos rutilans germinis fecunditatis. Ille, fructus florens & germinans. Illa, flos pulchre fructificans, quippe venter eius nota singularitatis, acervus tritici vallatus lilijs. Omnia nova, sed præstantissimum inter obviantia sibi miracula; non habere quantitatatis molem, & ita prevalere virtutem, ut virguncula in flore floris ætatis & temporis, gauderet merito titulo maternitatis.

18 Soror nostra parva, & ubera non habet, quid faciemus sorori nostre in die qua alloquenda est? Ita Angeli dicebant de Virgine in die Presentationis: & vocant propter corpus fructum, quoniam habuit vel cum corpore Angelicam puritatem. Insignis disquisitio! Si dicerent, Quid faciamus nunc, quia nunc alloquenda; negotium illis articulus facilleres: verum in die qua alloquenda est, ut Incarnationi Verbi consentiat; non erit parvula, iam habebit ubera. De quo igitur fatagunt? De Incarnatione, circa quam illam alloquetur Gabriel. Quid amplius faciemus, dum habeat ubera

Tom. II. Tant.

ra, si modo genitrix adhuc soror nostra parva? Si modo concipit, & parit filium quem habebit, habebit filium? Utiq; sed in ventre, quem modo portat in corde: rutilante honore præpropere genitricis, in commendationem maiestatis; eò quod gauderet in templo huiusmodi gloria, Virgo corpore parva, nec habens ubera. Si adolevisset, tunc pateret debitum temporis, quod nunc prodigium virtutis. Vel ducta in templum, eminebit ut prodigium; & nolum maius in huiusmodi infantula, quam quoddam filius dilectus inter ubera matris habitaret, cum ubera non haberet.

19 Flores mei fructus proclamant ipsa apud Siracidem. Implicat in terminis. Qua lege fructus, si proponit flores? Quia proprii. Flores mei, ait: qui ita vernant in peccatore Virginis, ut fructa gauderet vel in ore temporis. Elisabeth impletum est tempus partendi, & peperit filium. Virgini verò, antequam impleteret, impletum. Consummata in brevi implevit tempora multa; igitur habuit filium, etiam dum parva ducebatur in templum. Supra naturam, supra ætatem habuit honorem: & tempus signatur infantie in huiusmodi excellentiam, quia non virtutis, sed temporis tantum agnovit infantiam. Tantum agnovit, quippe tantum habuit: siquidem ad prolem parvula, ætatis impedimentum nescivit, & fructum tulit amplum, vel dum floretet.

20 De cedro asserit Ioann. Ravif. Textor in Officin. lib. 7. cap. 17. Arbor proceræ est, nec tamen onerosa, materie æternitas, ideoque ex ea simulachra Deorum, & in ea antecedentem fructum statim novus occupat. Appositè occurrit similitudo argumentato, cum Virgo dicat: Sicut cedrus exaltat a sum in Libano. Arbor utique Virgo proceræ, nec parva in ætate parva, quæ fabricata quasi æternitatis materia, ex qua imago Patris, Divinum Verbum, appareret caro factum. Huius proceræ arboris fructus virginitas fuit, virginitatis fructus Verbum Dei. Verbum concepit oblata templo, & ipsum Verbum nunciante Angelo. Antecessit, sed non anteceluit, conceptus conceptum, & fructus fructum. Novus & idem occupavit antecedentem, qui iam constituerat matrem. Idem, quia fructus Verbum Dei: novus, quia novo modo conceptio fuit; igitur, nuncio cœlesti, Dei Verbum continuit in utero caro factum, cum iam ipsum concepsisset in corde, deducta in templum.

Numquam cedrus sine fructu: numquam Virgo sine Verbo. Nec ætas offuit, ne sine ætate conciperet, quod iam ætate concepit.

Q. 2. Fe.

Ecclesi
24. 21.

Luc. 1
37.

Fructifera
cavit
etiam
dum fructu-
ruit.

Ecclesi
24. 17.

Numquam
cedrus sine
fructu

Nec Virgo
sine
Verbo

Felicis, quam Poeta lib. 8. Metam. Fab. 1. dicam, cum conciperet parva, & perfectione procrea:

Ovid. Merito Deus arsit in illa.

DIDASCALIA XI.

Maria refugium peccatorum, & hospitium.

Ephr. Merito Virginem salutat eiusmodi encomio, ab illa dignatus Ephrazm Orat. ad Virgin. igitur laurus excelsa & confluit patronatum, & excludit ictus fulminum.

Fulmina si metus nati, venerare parentem: Oppositu Matris fulmina nulla cadent.

Pfal. 44. 10. Hieron. Assisit regina dextris iudicis in vestitu deaurato: & ut legit Hieronymus. In scutulatis: ut arcum conterat, ut arma confringat, ac impediatur bonae voluntatis, sagittae ne cadant in corda inimicorum regis.

Virgo scutum bonum. Haud timeant, qui respiciunt, iustitiae vindictam, comitantem offensam: etenim si in illos stringit ulterius percussa gladius,

Horat. Tum spissa ramis laurea fervidos Excludat ictus.

Dicam ex Horat. lib. 2. Od. 15. v. 9. quamdoquidem scutum, quod habet Virgo, nullo unquam penetrabile ferro. Nafragantur poudere iniquitatum, cymba levissima corporis; sed non illidentur, quasi in procella navis: quippequam ne tempestas aquae gravatos crimine, citò iuste, submergat; in fludibus maris, ambulat. Stella hinc dicitur maris non mundi, quoniam ibi tutamen, ubi discrimen.

2 De Abrahæ pulcherrima coniuge, ut saepe vidimus, profertur: Erat Sarai sterilis, nec habebat liberos. Alij cum Oleastro: Non erat mater, quia non erat ei filius. Ad quid eiusmodi causalis? Sine termino nequit esse relatio. Sine filio non est maternitas in foemina, nec maternitatis gloria. Cur igitur si Sara auctoramine carebat maternitatis, signatur etiam carentia termini, genitricem respicientis? Potest num sine filijs esse mater? Potest. Quoniam ergo? Dei Genitrix, ut clareat insignis protectionis erga homines aberrantes. Unde de Sara dicitur: Non erat mater, quia non erat ei filius; igitur in Virgine micatarum portentum maternitatis singularis non filiorum. Non est filius, qui peccator, non est gnatus, sed nothus, qui transgressor: & Virgo respicit peccatorem, transgredientem legem; ut

ille Virginem respiciat in angustijs veram matrem.

Materno fragiles pendemus ab ubere nati; Lacte ovis, at Virgo pascit amores suos. Canit Iacobus Matenius. Sublimis exponitur, sed non sublimior Virginis honos. Aptius diceret: Virgo pascit amore nos suos: siquidem cum peccatores sint filij alieni, in malis inveterati, claudicantes in femicis suis; ut convertantur ad cor, & ad semitam lucidam legis, visceribus plenissima charitatis, fit Virgo Deipara refugium peccatorum, & hospitium. Utrumque itaque lustrandum pro nostro emolumento, & Virginis patrocinio.

3 In templo Salomonis Erat lapis errantium, ut ait Rab. David, & Novarius lib. 2. Schediasm. cap. 18. Ita igitur vocabatur, quia pignora amissa ibi ab inventoribus reponerantur; & inveniebatur, qui per incuriam amiserat. Illustris cogitatio pro restitutione bonorum; at tamen congruius modo pro reparatione celestium. Huiusmodi lapis mylticus est Virgo in lege gratiae, in subsidium labilis fractae naturae: quandoquidem illi nullum maius elogium, quam esse lapis errantium. Hispan. Tene sus mayores aplausos, en ballar de los bombres, que andan perdidos. Minime invenitur opes thesaurorum, sed thesauri gratiarum: & homo ita felix vel felicitate amissa; ut illi per Virginem restituantur omnia bona.

4 Saluravit Mariam, mox Dei genitricem futuram, Archangelus gratia plenam; ut quae ad gaudia terrae, polique nata, corredeptricis exerceret munus, & repararet genus humanum, quod tulit Eva ferox.

Quid sumus, aut fuimus? Quos miserat Eva profundo.

De limo in caelum nos facis ire sinu. Succinuit Venant. Fortunatus de Partu Virgin. v. 340. Turbata est igitur humilis, quippe acriorem humilis cogitat sagittam laudis: & Nuncius excutere insinuat e peccatore pavidio, pleno dilectionis, intrusionem formidinis; quoniam non est formido, ubi perfecta dilectio. Hinc dixit: Ne timeas Maria, invenisti enim gratiam apud Deum. Invenisti quod quaerebas, & anxie. Invenisti, quod nemo ante te potuit invenire. Invenisti thesaurum, invenisti gratiam apud Deum. Quam ergo gratiam? Dei & hominum pacem, mortis destructionem, & vitae reparationem? Ita Bernard. Homil. 3. super Missus est. Claret iam & quid sumus, & quid fuimus: etenim quos mors barathro mancipavit, in paradiso iam nova vita tenet.

Iacob. Mafen.

Pascit non suos.

Nova; tin.

Quoniam in templo lapis errantium

Restituit Virgo mundo gratiam Dei.

Venant.

Reparatio naturae bonae per Virginem. Luc. 1. 30.

Bernard.

Inve.

5 Invenisti gratiam? Invenisti? Si gaudet gratia, quae ruralis plena; cur Gabriel non dicit, quod habet, sed quod invenit? Invenitur quod amissum, vel non habitum: si numquam habitum amissit, imò nonnumquam habuit, quae plena gratia, atque in ipsa concepta; quomodo vocat inventionem, ipsam sanctificationis plenitudinem? Blanditur Angelus memoriz Virginis in ordine ad hominem, dum ut homo fieret, Verbum Dei Virginem elegit matrem. Res habita ut propria custoditur, inventa, illis restituitur, qui amiserunt: inquit Hugo Card. hic. Custoditur proprium habitum, & restituitur amissum: meritoque dicitur Virginem invenisse gratiam, quam amiserat genus humanum per Evam; quoniam in lapide errantium habituri qui amiserunt.

Hugo Card.

Esth. 2. 17.

Restituit Virgo mundo gratiam Dei.

Etcetera bona amissa.

inmodi potestatis imaginem, ne insignis novitas subitò expelleret fidem. Ita siquidem magna potestas apud illam nonnumquam eminet; ut Virgini, quasi ipsa vel dignata nesciret, diceret Amasius: Si ignoras te, o pulcherrima inter mulieres, egredere abi post vestigia gregum, & pascite haedos tuos iuxta tabernacula pastorum. Elogium audivimus, mysterium requiramus; quandoquidem auctoritas nec habet verbum, quo non indicet singulare prodigium.

Nec clam est, quod peccatores signentur in Scriptura per haedos, sicut inquit per agnos: Matth. 25. 33. Modò ergo stirps questionis est, cur si ostendere vult Amasius Sponsa doctes, ita ut ipsa cognoscat excellentiam potestatis; iuber abire Post vestigia gregum, qui quidem tantum haedorum? Per vestigia ultio divina insequitur peccatores, legem Dei audacter atqueque proterentes: & abire iubetur Virgo post vestigia gregum, ne transgressoribus inferatur supplicium: igitur ipsa fungens auctoritate matris; delet ne appareant vel vestigia criminis.

8 Deinde. Inter gratias, quae possidet Sponsa, est regere agnos in gratia; & dirigere haedos, ut revocentur a culpa: & hos, & non agnos respicere iubetur Sponsa celestis; ut mundo fiat palam eius excellentia potestatis: etenim numquam magis patet eius imperium, quam in frequenti patrocinio peccatorum. Pugnat orbis terrarum contra insensatum audacem, ut cuncta vindicent Conditoris offensionem. Terra expellit, coelum arget, conscientia premit. Non est, quò vertat lumina, ubi non impendat poena: & Virgo abijt post peccatoris vestigia; quia solummodo fovet, & fovet: quos mundus angit.

Egrege addit: Egredere. Peccatores hircorum adintrae semper capiones errantes, iuxta placita potestatis incitationis: & non dicit Sponsa, quòd Amasius illos suscipiat; sed ut egrediat, & possit abeat. Egredere & Abi. Abire post; est illos aberrantes sollicitè quaerere. Suscipere, est illos venientes expectare: & abijt illicò cum festinatione; quia ita praevaler amor in huiusmodi Sponsam, ut egrediat in invia illos invitans ad gratiam. Frequenter caperata fronte sequuntur devia, poenae immemores, & premente angustia. Rarus revertitur quaerens medicinam in salutem, cum parent sagittas in criminis defensionem: verum si revertitur, illicò late suscipitur. Perpetim peccat abrupta incedant, & cerebrum quatunt: Sponsaque egreditur in deviam praeceptam

Can. 1. 8.

Delet vestigia criminis.

Et fovet fugientes.

In a quaris.

viam;

viam; ut constet, quod inter gratiam, & gratiam, si amoris est signum illos blandè suscipere; summum omnino, quod egrediatur querere.

9 Hædi sunt, & alieni, quippe non grati. Quo ergo pacto, hædi destinantur Sponsæ, quasi sint proprii? Hædi cum morte, & inferno pepigerunt pactum, ut non Sponsæ essent, sed dæmoniorum: & ut explicetur matris pietas & genitricis auctoritas, hædos vocat Sponsæ proprios, qui pascit dumtaxat agnos: igitur rutilat imperium Sponsæ, dum illos educit de potestate Satanae. Hædos tuos. Tuos? Tinnunt aures. Sunt ne tenebræ lucis? Haudquaquam, caterum nemo est qui foveat: & dicitur apud grex eius grex peccatorum; quoniam in Sponsa dumtaxat patrociniū inveniunt.

10 Ceterò. Postquam egressa quæsit, invenit, & revocavit caperata frontis gregem, audit à Sponsa, ut pascat; seipsam ipsis exhibens nutricem. Pæscere hædos. Si est iuxta tabernacula pastorum, pascant pastores, gregis propriissimè duces: & minime pastoribus, sed revocanti Sponsæ creduntur; quoniam ni ipsa pascat, denuò in prava capitonegredientur. Qui ovem errantem quærendo, labori non parcat, & feliciter invenit; ut persistat firmiter in ovili legis, portet in humeris; igitur qui revocantur refractarij magis retinentur amore, quam rete. Ars summa adhibenda est, ut amore capti placide quiescant; ne cervicofis & alogi iterum iuga confringant, & montium petant.

11 Nobiliori proposito, sit Sponsæ eiusmodi commendatio. Pæscere hædos. Ad quid ergo passus Sponsæ & nutricis vigilis cura, si peccatores hirci iam gaudent eius tutela? Ovem, dicitur, si lactaverit hœdam, mutare in agnum: & Sponsæ Mariæ incumbunt alimenta peccatorum; & pascere gregem rebellium ubique cervicum; quoniam passu reddit sollicita agnos, quos suscipit hircos: igitur gratia singulari & lacte artificiosi genitricis pectoris, vel selecti relaxationis vitæ & mutant pilos, & mores. Pæscere hædos. Pæscere qui naturam rationalem in belluinam commutarunt pro lubedine, & libidine, imitantes Nabuchum & causâ & transformatione: etenim si alimenta à te exhibita habent inditam virtutem, ut disponent in cordibus metamorphosium; per conferendam libentissime gratiam, etiam mutabunt naturam. Pæscere hædos. Haud minoris efficacitatis erit per te passus salubris, quam victorum pelvis. Haud tepidioris virtutis Virginis vinum, quam Ciceris

peculum. Pæscere: siquidem bestias convertes in homines per dapes pastas, dum illa homines transformabat in bestias. Pæscere: quandoquidem cor vel frigidum, tamquam aqua, & charitati gelidum, tuo intervenerit convertetur in vinum. Pæscere: Exere vires tuæ mirificæ virtutis, generositate favoris; quippequam erunt agni, qui errabant lupi.

12 Hædos tuos, addit etiam. Mei non sunt hædi, sed tui; & tibi creduntur, ut sint mei. Non mei, quia lubetò gratiam amiserunt, & pastorem vocentem conculcarunt, fodientes sibi cisternas, quæ non valent continere aquam, relinquentes fontem elicientem aquam vivam. Si tui, mei erunt abduci, quia pascuntur dilectione; & per charitatis dulcedinem, commutabunt conditionem. Denique: Pæscere hædos tuos iuxta tabernacula pastorum, ut mirentur virtutem, qui ducunt gregem. Ducere possunt & dirigere isti, sed non mutare; quoniam liberare à putredine peccatorum non est illorum virtutis, sed effectus Deitatis: sicut suscipiant, conservant; & non insignis virtutis, quod ita maneant. Unde Virginis Sponsæ grex creditur delinquentium, coram oculis pastorum; ut absorpti venerentur patrociniū: etenim ita praveat vel in solutiores nutricis gratia, ut convertat naturam, mores & corda, & reddat summo pastori proprios, quos non respiciebat, quia respiciebat alienos.

13 Verum qua arte? Dixit Angelus nuncius, antequam filius Dei esset ex illa homo factus. Filium Altissimi Virgo intemerata concipies novo miraculo, sed concipies in utero. Ubi ergo, si concipitur ut homo? Potest concipi homo nisi in utero femine? Potest utique. Ubi? In corde. Sunt filij per adoptionem, & per sanguinem. Ideo illa dixit: A generationibus meis implemini, & non A generatione. Ut exprimat filiorum in Virgine differentiam, signat filij concipiendi tunc officinam: igitur filio naturali congruit uterus, ceteris pectus, ubi flamma prolifica charitatis uti filios agnoscat omnes homines. Spiritus mater facta est multitudinis magna filiorum: ait Richardus à S. Victor. lib. 1. p. 1. Mater itaque & magna multitudinis, ut beatam dicant omnes generationes.

14 De illa dicitur prægnante: Peperit filium suum primogenitum. Hac etiam voce usus est Mattheus cap. 1. 25. cuius vocis & phrasis proprietatem videbimus, (facta si iuvant Deo bono) Tom. 5. Tautolog. 3. ad illud Ecli. 24. 5. Primogenita ante omnia

Et sola.

Etiam pascit.

Et con- versit.

Facis Dei proprios, filios aliquos nosti

Luc. 11 31.

Ecli. 24 26.

Et facis suos.

Richar.

Luc. 2. 7.

Que in- genit?

Ioann. 19. 26.

Homini concipit in corde.

Rom. 6. 29.

omniū creaturam. Dum Aurora integerrima Virgo concepit insultra Solem; ut orbis videret luminis de lumine matrem, mundo peperit filium suum primogenitum, qui de caelo descendit, ut caelum utique sublevarit mundum. Primogenitum? Unigenitum & patris, & matris fuit. Dissona videretur vox. Helvidio utique, sed non est. Christus fuit Virginis solus, sed non unicus. Cogitationem sine scrupulo promam. Fuit solus, quia solum illum genuit mater in utero: non fuit unicus, unicus matri; quia alios genuerat in pectore, patre amore. Fuit solus quoad naturam genitricis, non unicus respectu adoptionis matris. Hinc illi dicitur à filio moriente, de Ioanne: *Mulier ecce filius tuus*: igitur quem non habebat per proprietatem, habitura profectò per adoptionem. Quicquid erga Christum gessit Virgo per naturam, operata est erga homines per gratiam: & illud sine latione virginitalis unigenitum partum, non vocat unigenitum, sed primogenitum; quoniam esse, quod hominibus esse negavit, amor Virginis adoptivè concessit. O summa charitas! Habere genus humanum acceptione amoris, quod ambire nequibat ex vi originis.

Filios iræ, filios gehennæ, & iuste pœnæ invenit Virgo mortales. Tantum specie vocabantur homines, igitur similitudo in imagine abolita (qua nota fiebat rationalis natura) & perseverabat, estò deturpata imago trunca rationalitatis, tamquam subiectum misere deturpationis. Vidit Virgo & commota sunt omnia viscera super hominem lapsum, in carcere appetitum inclasam, dæmonis servum; & cogitavit, quomodo in pristinum restitueretur statum. Concepti corde, quos non potuit carne. Ignis sacri pectoris consumebat, quod in imagine Dei crimen devenisset. Vi charitatis voluntarie genitricis evanescibat imago criminis, & micabat paulatim in homine similitudo hominis. Lineamina reformando formabat cum pietate dilectio; & relucebat Deitatis proposita imago: ut conformati homines in filios cum filio, quem in utero genitricis habebat solum; pareret, dum pareret, feliciter primogenitum.

15 Propter nimiam charitatem, qua dilexit nos Deus, adhuc cum peccatores effemus, filium suum misit in similitudinem carnis peccati, ne peccatum regnaret in nostro mortali corpore. Obvolavit in rationali natura imaginis similitudo à gratia concessa; & in hominum retro rationem, & operis penè deperditit venerationem, Prædestinavit conformes fieri imaginis filij sui, ut sit ipse

primogenitus in multis fratribus. Plures in auctoritate quæstiones, quam verba insunt periodis auctoritatis. Si Dei filius est Patri unicus, quomodo signabitur primogenitus? Quomodo habebit Pater cælestis hominem secundo genitum, si hominum esse non cæleste, sed humanum? Si natura Verbi Dei divina est, & ad generationem, opus est perquirere naturæ similitudinem; sine naturæ lineamentis & coloribus, qua lege erit filius primogenitus in multis fratribus? O amoris potentia! Fecit amore, quod negavit esse. Non potuit Deus homines facere filios naturales, quia homines. Non potuit homini communicare, quod communicari non potuit; sed cogitavit amoris eius ingenium propriam mirificam aeternam, qua qui non filij, filij haberent similitudinem. Non est maior similitudo, quam gratia, igitur participatio & physica divina naturæ, ut est ens à se infinitum, & illimitatum. Hac sicut homines conformes imaginis filij sui, quippe estò participativè habent cum filio idem esse. Unde cum amore communicet gratiam, quam qua etiam divinam naturam; filium quem Pater habet solum & unicum, iure vocat cum fratribus primogenitum.

16 Ultra. Ostendere intendit Paulus viscera pietatis Patris cælestis erga homines, ut fierent conformes, qui vicio Adami evaserant omnino à Creatore dissimiles, atque à formatione degeneres: & usus est huiusmodi florida elegantique phrase; ut constaret Dei pectus vincitum superiore amore. Patris unicum demonstrat primogenitum. Unigenitum in natura: primogenitum in ordine ad homines, quos adoptavit gratia. Si qui solus, dumtaxat vocaretur unigenitus; homo non esset per amorem Dei filius: & Dei per filium rutilavit conatus, ut filij Dei nominemur & simus. Quapropter iam revelatur primogenitus, qui in sinu Patris reumbebat unicus, ut palam fiat, quod visceribus Patris, dignitate filiorum feliciter gaudeant homines.

Sicut vidimus gloriam unigeniti à Patre, gratia pleni; ita eisdem unigeniti matris plena gratia; ut micet cordis genitricis ingenium, & nobile patrociniū. Christus dicitur sæpe *Primogenitus Patris*, & etiam *Primogenitus matris*. Hinc dicitur ut vidimus: *Peperit primogenitum suum*. Non habet à natura plus quam unicum, & nominat Evangelista *Primogenitum*, Merito; & in obsequium matris, & in felicitatem hominis. Non habent viscera nisi unigenitum, & ad fratres extenditur matris studium. Plus

Ari amò rit, ut bomines faceret Dei filios

Gratia qui miris facta

Hebr. 6.

Luc. ubi supra

qua

Maria quem ha-
luit unicum, ho-
minisus
offendit
primogeni-
tium

quarit amoris gratia, quam genuerunt vice-
ra. Plures sollicitat filios, ut colant matrem;
sed impediunt crimina, quam percipit adop-
tionem. Adhuc insilit, & gratia perpolit
imaginem, ut blandimine amoris ingerat si-
militudinem; qua conformes fiant filij pri-
mogeniti imaginis, & illa exerceat in illos
officium optabile genitricis: igitur ni homi-
nes ut filios admitteret in patrocinium; fi-
lium quem habet unicum, non haberet pri-
mogenitum.

17 De similitudine per gratiam fatagit
Virgo, ut fiat per illam adoptio: igitur si
est refugium peccatorum, solummodo re-
cipit peccatores ad hospitium. Ideo Ephram
meditantes dicit: *Refugium, & hospitium*

Ephr.

Est refu-
gium pec-
catorum, non cri-
minum.

peccatorum: quippequam tantum fovet ut
hospites, qui ad illam fugiunt transgresso-
res legis. Est mater peccatorum, non cri-
minum. Si solummodo esset refugium, mi-
nimè converterentur; & est hospitium etiam,
quippequam tantum suscipit, ut convertantur.
Suscipit, ut illos non inveniat divina
iustitia: & illos fovet, ut inveniat gratia: ut
faciat ambulare viam, quam neiciunt per
noxam; & patrocinio ab errore educat, &
ducat in viam: quoniam cum in tenebris
ambulent, & absit ab eis gratia spectabilis
lux; illic iter quo ostendat illis Virgo salu-
tare Dei. Unde primò est refugium pecca-
torum, post hospitium; etenim ruptis vin-
culis criminis & scelerum catenis, transfert
hospitio miseris de morte ad vitam, & de
indignatione ad gratiam.

18 Bonum latronem constat esse con-
versum ob Virginis patrocinium: igitur au-
divit à Iudice simi in cruce pendulo, *Ho-
die mecum eris in paradiso.* Ita placuit Ste-
phano Binetto lib. de *Bono Latrone*, & Theo-
philo Raynaudo libel. de *Latrone mutat. in*
Apost. Huiusmodi fausta fors illi contigit;
quia iuxta se illam, mediam inter suam cruce-
m & Christi, atque mediatricem habuit.
Suscepit latronem ut filium, & fecit etiam
agnoscere primogenitum. Verum si mater
peccatorum est, cur duos non salvat, cum ibi
essent hinc & hinc? Quia pessimus quere-
bat in Virgine refugium, & habitationem
scelerum, non hospitium; ut confessis cri-
minibus, exprimens cordis dolorem, &
amaritudinem, inveniret adoptionem: &
perit miser & coram Maria, despecto inter-
ventu, & gratia; quippe nullum ei patro-
cinium optabile Virginis, qui malitiose ac
improbè perseverat in peccatis. Crimina
premebant alterius latronis pectus: hinc di-
xit, *Nos digna factis recipimus.* Iustitiam
agnoscens fugiebat ultricem, & confugit ad

Luc. 23.

43.

Non inven-
it eius
patroci-
nium, qui
odio non
habet pec-
catum.

Verba

peccatorum matrem. Illa fovit, illa defendit,
illa duxit: & larro invenit feliciter cel-
lum; quia eius refugium cogitavit hospiti-
um. Non manserunt, ubi in peccatis maner-
ent; sed diversorum, ubi peccata dilueret:
& per illam tanquam matrem pro pecca-
toribus pendens in cruce, transferebat pecca-
tor de hospitio in habitationem gratia.

19 Ita enim filius hospitio recipitur in
domo Matthæi publicani, etiam in domo
Zachari. Recipit ut pater adulteram adduc-
tam ad iudicem, & cum gratia remittit. Lo-
quitur ad cor Samaritanam, & transit. Quid
hoc? Qui quarit cordium habitationem, ut
mancat, non manet in habitatione pecca-
torum? Si non manet, ad quid quarit? Ut
gratia maneat, & ille fugiat, ut alios qua-
rat. Minime peccatores in illo manerent, si
manerent peccatores: & tantum desiderat
hospitium, quia non est refugium iniquita-
tum, sed penitentium; ut per eius instam
cordi clementiam, transferebat ad hospitio ad
gratiam. Haud aliter Virgo mater. Est ma-
ter peccatorum, non peccantium. Est ma-
ter corde contritis, ut tempus redimant iach-
rymis: ut sollicitet eis penitentia spatia,
& non moriantur sine salutaris penitentia.
Non est mater querentis securitatem in pec-
cato, sed forgere ab illo conantis, Virginis
patrocinio. Hinc sub vira, quam deside-
ramus, sedebimus; si peccata doloribus cas-
tigamus, & effugias iudicis vindictam,
dum per illam & penitentiam pervenimus
usque ad gratiam.

20 Quasi platanus exaltata sum iuxta
aquas in plateis: dicit de se Virgo. An
quia platanus habet folia *instar scutorum*
& *pellarum*? Ita Alapide hic. Haud patro-
cinio alienum, igitur vere Pallas pro
hominibus habet scutum. Platanus non in
plateis, sed in hortis: & Virgo dicitur in
plateis in plateis; quippe dum pena premit,
refugium quam celeriter occurrit. Nimis
amens erit æger laborans angustia, dum ha-
bet medicinam in platea. *Commendatio*
platanus nulla alia maior (ait Plinius lib. 12.
cap. 1.) *quàm Solem aestate arceri, hyeme ad-*
mittere. Apra & insignis proportio, ut ruti-
let mater Virgo: quandoquidem sicut Musa
Catholica cantat:
Suavius in platanis numquam requiescimur
umbra,
Sub patrocinio, quam bona Virgo, tuo.

Frigoris hæc frangit vires, hæc temperat aestus:
Aësus amor, frigus crimen, & umbra
parens.

*** (X) ***
DL

Matthi.

9. 10.

Luc. 19.

7.

Ioan. 4.

1. & 8.

11.

Est ma-
ter contri-
tis corde,

non sub-
sistente

iniquitate

te.

Ecclesi.

24. 19.

Alapide

Prompta

eius gra-
tia.

Plinij

Melior

eius,

quàm

platanus

umbra.

DIDASCALIA XII.

Sola Maria habuit gaudia
matris cum virginitatis
honore.

Sedul.

Maria so-
la mater
& virgo.
Ovid.

Relucet
in illa op-
posita.

Venant.

Genef.

11. 30.

Obscurat
matres
honore
virginis.

O. K.

Hay.

Luc. 11.

42.

1 C Anic Sedulius lib. 2. de *Christi*
miracul. v. 69. succinuitque
Bernardus Serm. 4. in *Assumpt. Virgin.* So-
la sine exemplo fuit, & digna quòd fuisset
sola, cuique diceret Deus:
Tu mihi sola places.

Sunt quædam dotes, quæ simul haberi ne-
queunt, propter oppositionem, vel implica-
tionem facultatum: & in Virgine, ut magis
clucescat per opposita; videntur collecta, quæ
fœminas faciunt felices, pro tempore &
successione divisa: etenim sic gaudet de fecun-
ditate prolis, ut de amissione non do-
leat virginitatis.

O virgo excellens vincens super omnia matres,
Cuius fructus adest, & flos non perdit
honores!
Modulatur Venant. Hon. Fortun. de *Part.*
Virgin. v. 103. & prius Sedul. ubi sup. lib. 5.
v. 359.

2 De Sara dicitur *Sterilis erat, nec ha-*
bebat liberos. Ad quid igitur huiusmodi ge-
minatio? Ut commendetur altius inauditum
Marianum privilegium: quandoquidem si
sterilis virginitas, & infiorida maiestas; osten-
denda nova, virginitate fecunda. Alij le-
gunt: *Non erat virgo, nec habebat liberos:*
innuitur repetitione sententia, novum mi-
raculum futurum in orbe: etenim Maria &
habuit prolem, & non amiserit unquam vir-
ginitatem. Ex diversis versionibus amplius
clarebit occultum prodigium, in gemina-
tione auctoritatis, licet occulte, signatum,
Onkala legit: *Non erat virgo.* Haye: *Non*
erat mater. Optimè, quippe futura femi-
na, quæ simul mater & virgo, gaudia con-
tinens genitricis cum honore præstanti vir-
ginitatis. Haud cogitabat in commenda-
tione plus. Sola est. Emissiones habet fons
signatus, & flores parturiunt fructus. Ubi
Virgo gaudet maternitate, matres obscu-
rat honore.

3 *Benedictam inter mulieres,* salutavit
Virginem-Matrem cognata eius Elisabeth;
quam etiam Angelus salutavit gratia ple-
nam, ac etiam in mulieribus benedictam.
Illa sola benedicta inter mulieres, ubi tor
dextra fortunæ felices? Non benedicta quæ
apud Profanos felicior, mater regis, regis

filia, & regis Sponsa? Haud desuit eiusmo-
di gloria Virgini, nec tanto privata hono-
re. Ubi benedicta, nec habuit similem, nec
habitura sequentem. Aliz fœminæ vel sunt
honore matres, vel integritate virginis: &
Elisabeth iurè salutar cognatam, inter mu-
lieres singularem, & præ cunctis benedictam;
quia nulla hucusque portita fuit gaudia ma-
tris, & honore specioso integerrima Vir-
ginis.

— O toto quem Solis circulus ambit,
Quaque fuere prius, quæ sunt, quæ deinde
sequuntur,
Virginibus cunctis felicior orbe puella,
Magno læta Deo, mater dicaris ut eius,
Cuius & ille pater! Felix age concipe pondus,
Impolluta viro, coitque immunis ab omni,
Verbo facta Dei.

Cantat, & decantat Paulinus Consul. Carm.
de *Ioann. Baptista.* v. 117. Hæc est enim casta
generatio, & cum claritate; numquam con-
cessa fœminæ, nec visa in orbe: quippe non
esset generatio clara, si esset mater sicut cæ-
teræ; virginitate corrupta. Hinc illa dixit
Angelo: *Quomodo fiet istud?* Nec modum
novi, neque audivi. Non esset cum exemplo
singulare; sed Deo, quod hominibus, non
erit quod decretum, impossibile. Ignoras
modum; & ego, quantumvis mihi insit nobil-
ior, atque præstantior naturæ conditio. Nescio,
sed sciens scio, sibi referasse genitale se-
cretum, & tibi servatorem virginalis signa-
culum. Tua dum interest, interest sua: liqui-
dem clarebit divinæ magnitudinis summi-
tas, ut floreat in fœmina virginalis mater-
nitas.

4 Ipsa gaudibunda dixit repleta Spiritu
Santo, & facta Verbo: *Fecit mihi magna,*
qui potens est. In natura & gratia nonnun-
quam Pater celestis mirificus, at mihi etiam
& mirificus & magnus. Magnitudo Dei cla-
ret nobis ex operis alicuius magnitudine, ac
extra seriem ceterorum vel communium,
vel singularium opere singulari. Unde
ergo in Virgine-Matre magnus Dominus,
qui semper magnus? Quia virgo & mater.
Congruit naturæ fœminæ commendatio in-
tegritatis, & etiam pro tempore excellencia
genitricis: verum adveniente fructu, flos
virginis evanescit; quia virginitati mater-
nitas contradicit. Magnum, quia novum, fœ-
mina fruge potens, ac virginitate placent:
& Virgo-Mater gloriatur, eò quòd in illa
Pater celestis fecerit omnino magna; igitur
illi concessit, quæ naturæ impossibilia. Ce-
cinit floride Anonymus:
Partus & virginitas discordes tempore longo
Virginis in gremio fœdera pacis habent.

Nulla fœ-
mina cla-
vior illa.

Singula-
ris inter
fœminas

Paulin.

Eius Ge-
neratio
pura.

Verf. 14

Natura
est, quod
indicaba-
tur impos-
sibile.

Verf. 49

In quo
Deus cla-
ruit mag-
nus.

Fuit in Virgine gaudium plenum.

De rore cœli, & de pinguedine terræ fuit Virgini benedictio. Ros cœli signatur virginitas, felicitas mundi maternitas: & rutilat Maria plena gratiâ, & benedictione plena; quippe in illa fulserit matris decus & virginitis honos. Gaudium plenum, quod verè gaudium: igitur quasi lapis angularis fecit utraque unam.

Ubi sup

Quantum auguror, in ipsiſ verbis, quæ Virgo magnum exprimit Patrem, indicat privilegij celsitudinem: *Fecit* (ait) *mihi magna; qui potens est.* Intende, Conceptit Virgo, & signat potentem Patrem, & non omnipotentem. Si opus Incarnationis opus ad extra, & potentia Patris indicatur ad intra; cur virtutem exprimit Altissimi potentis genitoris, non Patris omnipotentis? Protulit ubi supr. Paulinus:

Paul.

Mater dicaris ut eius, Cuius & ille Pater. Qui voluit, Filius esse tuus, Domini cum filius esset. Et Vanantius ubi dudum.

Venat.

Unus in Ambabus naturis, verus in ipsiſ Aequalis matri hinc, par Deitate Patri. De Patre natus habens divina, humanaque matre Spiritus, atque caro, Christus utrumque genus.

Et potestias Patris alterni.

Potentem, & non omnipotentem Patrem dicit; quia illa genitrix, sicut Pater, pater. Pater solus genuit Verbum. Virgo sola genuit filium. Generatio Verbi Dei ad potentiam Patris spectat: & dum mater filij Patris Virgo fit, potentiam Patris designat; quippe quam virgo mater est, & virum in generatione non cognoscit, sicut Pater cœlestis ad prolem feminam nescit. *Nemo si virgo concepti, miretur:* inquit Titus Boſtrens hinc. Admirationem concitant omnia: at ex suppositione potentis quænam miracula? Pater genuit filium sine concursu femine, & femina sine patre. Hinc beatus venter, qui portavit, & ubera quæ filius suxit: etenim in admirationem orbis, in stuporem carnis, Virgo benedicta, & femina inter mulieres gloriosa.

Tit. Boſt.

Iste tuus partus virginitatis erat.

Eccli. 24. 17.

6 Ille & sic, quia illius, & tibi non alter. *Sicut cedrus exaltata sum in Libano: profert ipsa fecundâ virginitate, atque cœlesti gravidata prole. Sicut cedrum vidimus aliâ virtutum proceritate: quare nam modo superexaltatam, & elevatam sicut cedros Libani? Per flores? Per fructus? Dissona similitudo profecto, cum longè lateque procedat Virgo. Florifera fructum non fert, fructifera non flores:* ait Rav. Textor in

Officin. lib. 7. cap. 17. Patet quàm longè, patiente virginitate. In reliquis feminis, quæ florent virginitate, non pariunt; quæ fructificant, non florent: & Virgo virginum exaltatur inter feminas lætissima cedrus, quia in auctoramen singulariter habuit flores & fructus.

Modò ad quæſtionem. Si cædri naturam refugit excellentia Virginis-Matris, quomodo cedrus Libani symbolum fiet perfectum exaltationis? *Cædri Libani habent fructum in flore:* ait Fracastorius Syphil. 2. In reliquis regionibus vel in cedris fructus florem expellit, in Libano verò etiam fructus florem continet: unde Maria exaltatur sicut cedrus in Libano plantata, ut conslet eius, & non alterius prærogativa: quandoquidem & genitricis dignitatem obtinuit; & virginali pudicitiam non amisit.

7 Scrutemur in symbolis miraculum, sive miraculi signum. Germinavit virga Aaron inter reliquas virgas; quoniam nihil mirabile, si vel aliæ florent, vel illa non florent, sicut aliæ. *Turgentibus gemmis eruperant flores, qui folijs dilatatis in amygdalas deformati sunt.* Fructus floridus? Flores fructiferi? Sane. In hoc consistit tota moles novitatis: igitur tulit fructus & simul flores. Pende. *Refer* (ait Deus Moyſi) *virgam Aaron in tabernaculum testimonij, ut servetur ibi in signum.* In signum referenda? Aptius in miraculum: imò in signum: etenim in novissimis temporibus futura erat femina, quæ uti Aaronica virga, fructus haberet matris, & florem virginis.

Tota Mariæ excellentia volvitur in huiusmodi signo, & spectatissimo cunctis miraculo. Illa sicca protulit germen; & virgo non habuit ad conceptionem radicem; quoniam virum non cognovit, & de Spiritu Sancto fecundata conceptit. Si tantum floretur virga, maneret sine fructu virginitas: si demtaxat fructus ferret, videretur sine flore virginitatis maternitas: utrumque magnum: & Mariæ Deiparæ conceditur huiusmodi privilegium; siquidem illius maternitas peperit virginitatem, & virginitas constituit genitricem. Flores etiam cum fructu in virga amœnabant intuentium lumina, ut obstupescerent mirabilibus corda. Flos perpetuum decidit, dum fructus in virga prodit. Decor fructus impellit florum ornatus: & floribus Mariæ colitur, dum & virga oritur filius; quoniam nulla illi vel sublimior exaltatio, ni cum fructu præstanti maneret virgo. Sciagraphiam in diversis umbrabat Deus, ut ostenderetur magnus: & nova cogitans, nova demonstravit in Maria:

Rav. Textor.

Fracast.

Cum flore, & fructu.

Num. 17. 8.

Verſ. 10

Sicut virga Aaron

Prærogativa singulari.

Act. 31. 22.

Qua miranda in Verbi Incarnatione?

Verſ. 12

Maria concepti intacta, & peperit incorrupta.

Luc. 10. 42.

etenim novum, quòd fructum haberet in flore, filium in virginitate.

8 Notanda studiosè aliqua in auctoritate expositioribus obvia. *Creavit Dominus novum super terram:* inquit Ieremias. At quid? *Fœmina* (inquit) *circumdabit virum.* Septuag. *In plantationem novam.* Apte quadrat cogitationi num. anteced. propositæ: novum utique, videre in arbore flores fructificantes, atque fructus florentes. *Fœmina circumdabit virum:* & hoc novum? Næ, quippe tunc videbit orbis novum hominem, novam matrem, & novam generationem. Novum hominem, in homine Deo: novam matrem, scilicet virginem; & novam generationem, quia in femina erit infantuli conceptio, sed sine viro. Non est mirabile, quòd femina concipiendo circumdet infantem: sed quòd sola concipiat, circumdans prolem.

9 Intende in contextum. *Revertere virgo:* dixit, & subdit: *Novum super terram, femina circumdabit virum.* Vitum circumdare, est in femina concipere. Virgo non concipit: quo ergo pæto & exprimit conceptionem, & virginem appellat concipientem? Fœcunditas contradicit puritati, virginitas genitrici: & inè novum, quòd atque peregrinum: quanoquidem & concepti intacta, & peperit incorrupta. Nasci ex corrupta, quid est commune: impossibile naturæ, virginem parere: utippe matris thalamus est virginitatis intertæx tumulus: & ut claret novitas genitricis in femina, infœcunda virginitas: etenim Deus dedit Virgini sterili partum, qui ei fœcundæ etiam virginitatis inspiraverat votum. Quodnam privilegium, si fructus deturpare venustatem floris, & filius matri adimeret odorem virginitatis? Mollendum aliquid num: & virgo concipiens circumdat viramistia quæ sonant in femina implicationem habent in Virgine pacem. Mittitur ad Virgine Angelus, ut novus mundo pateat formalis conceptus: qui quidem minime novus lum femine nunciat conceptionem, ni treretur ad virginem. Minime novus, ni vent in quo acervus tritici panis cœlestis, rutilæ lilijs vallatus virginitatis.

10 *Maria optimam partem elegit:* dixit Aſſertor de Magdalene: PP. ferè perquam eius accommodat genitrici. Quid bonum, quid melius, ut cognoscamus optimum, ceaminam esse matrem, exprimit bonitatem: ampliore verò esse virginem: ceterum, utris virginitate testimonium & est optimum, & maximum. Ita excellæ dotes nitent, quæ impossibile iharum unionem humana p

Tom. II. Taut.

ora cogitent. Refugit naturam (experto m bonum & melius) optima gratiâ; quam nunquam in cognovit uterus: & femine optime inser meliores, maxime inter præcëlentes, filius concessit optimum partem; quia quam elegit matrem, constituit virginem. Par enim erat ut cum prius femina formata fuerit ex viro; vir formatus tantum ex femina videretur in mundo. Quo circa vide Petr. Damianum *Serm. 11. Albert. Magnin c. 1. Lib. Richard. à S. Laurent. lib. 1. de Laud. Virg. c. 6. & Theoph. Raynaud. in Diptych. Marian. p. 1. punct. 7. n. 50. Christi autem generatio sic erat.* Totus matris, totus in matre, & totus a matre. Non à viro, sed ab Spiritu Sancto. Sic generatio Christi: Maria, de qua natus est Iesus: non Christi esset generatio, si non sic. Vid. *Tautol. 6. Didasc. 2. num. 10.*

11 Auroram pingebant Ethioici facem habentem, quasi prævenientem Solem; uti astruit Chariar. de *Imagin. Deor. fol. 67.* Quantumvis elevetur cogitationibus scientia humana, semper micat stultitiæ: etiam fulgor umbra est, quæ languescit rutilans, & caligine erroris deturbatur speciositas. Prævenientem Solem roseo colore Auroram, cogitationis summitas finxit; sed simul exillere etiam fingere non potuit: reservatum itaque quasi potestatis specimen, ei qui lesit Auroram & Solem. *Aurora* effertur Mariæ ducem habet, scilicet virginitatem: ut Aurora gignit Solem; & videtur lux Aurora & simul Sol, tamquam novum miraculum, & singulare prodigium: siquidem cum Sole gaudet auctoritate matris, ac luce Solis, splendore integerrimæ virginis.

12 In templo Matris Deorum rimatur attentio prodigij simulachrum, & prærogative Virginis nobile signum. *In templi culmine* (ait qui supr. in imagin. *Magne Matris* fol. 150.) *virgo erat efficta, quæ vni infantem continebat: Iupiter enim à Vesta nutritus ferebatur.* Salus conſtat ex inimicis nostris pro purificatione Virginis-Matris: igitur Iovem summum Deam lactavit Maria, ubere de celo pleno: & licet purificetur in templo, permanet puerperio virgo. Ergo ad rem. Si Vesta nutriti ubere Iovem, quæ lege fingitur virgo vni comens infantem: Marius est quod fidelis Ecclesia credit, & colit, quam quod Gentilitas finxit. In commendationem Deorum inanum cogitabant fictiones, & etiam quas fluxere, superant in Ecclesia veritates: igitur Mater Dei, Aurora refulgens profert infirmitate infantem, lucis perennis fontem; nascens genitricis revelationem, & virginis singularissimam gratiam.

13 Deinde. Inter encomia Vestæ, non

Optima fuit & maxima.

Matr. & 18. Generatione rutilifica.

Aurora cum ſola

Cant. 6. 9. Quare Virgo specialis Aurora?

Chartar

Purificatio infantis Virginis lactata ubere.

In illa matris reverentia, & virginis gratia.

Magna Mater, qua & cur apud Ebraeos

infimæ æstimationis epitheton Magnæ Matris. Ita videris apud Vinc. Chartacium ubi suprà. & Naral. Comit. Mytholog. lib. 2. Verum unde magnitudinis commendatio? Ex eo quod esset Dei summi mater & virgo. Mater femina, quin sit virgo, mihi est prærogativa: in virginitate fecunda stat femina excellentia: & licet scititid, obtinuit veram infantem; quoniam virgo cum esset, habuit infantem. Unde hoc nisi de nostris sacramentis? Vel in tenebris micant fulgores lucis: quippequam videtur mysterij singularis obumbratio, ubi plauditur femina mater & virgo.

14 Denique Magna Mater templum, quo colebatur, spectabile habebat; ubi ignis illius imaginem prægnabat hinc & hinc. Quid ignis splendens rutila forma, ut per illam Divum mater hominibus mitteret magna? Ut per ignem tamquam per speculum claresceret in illa, & notesceret quid magnum. Confule Francisc. Poncey in Pantheo Mythic. p. 2. Lil. Girald. Syntagm. 1. Tull. Cic. lib. 2. de natur. Deor. Livium lib. 5. Decad. 1. Valerium Max. lib. 5. cap. 4. & Nat. Comit. ubi suprà. cinctus ignis virgineus, sine corruptione causæ, sine dispendio splendoris, lux lucis, flammæ flamma, sed illæ, & denique purum lumen de lumine. Hinc Ovidius lib. 1. Fastor. de igne canit: Iurè igitur virgo est.

Quid ignis in templo Magnæ Matris

Ovid.

Quapropter apte Verbum Dei procedens à Patre dicitur lumen de lumine: igitur geniti fuit fecunda mente productio, genitoris ingenti procul dispendio. Ignis ergo claret Magnæ Matris signum; ut celebretur in Iovis vera genitricis miraculum: igitur si ignem habet, ut simul virginitas cum fecunditate luceat; in Deipara tantum verè rutilavit singulare prodigium: quandoquidem illa sola obtinuit genitricis gloriam, & virginitatis lauream.

Maria sola mater virgo.

Marc. 4. 20.

Vinc. Ferr.

15 Audrà à discipulis Satoris nostri de femine sine expositione parabola novà; interrogarunt eum studiose, Quæ esset hæc parabola? Illico oritur quæstio: Cur si in parabolis Christus loquitur, de hac dumtaxat exquiritur expositio? Cum esset singularis interrogaverunt: inquit Marcus. Singularis? Uti que. Quamnam includebat parabola singularitatem, ut qui adhuc ex discipulis sine intellectu erant, haberent intellectum? In carnationem Verbi in virgine, quippe semen verbum Dei: ait Vincent. Ferrer. Serm. 2. in Sexages. n. 8. & 9. Terra Virgo erat, ubi Verbum Dei de caelo descendit, ac matrem virginem conceptione reliquit: & interrogant parabolæ latens mysterium, quoniam geni-

trix virgo nunquam audiret. Interrogatio ignorantiam designat: & Apostoli interrogant, quod ignorant; quippe non intellectus obiectum, sed admirationis, filius virginis & integritatis matris. Necdum autem revelatum erat mysterium, & exhibuit filius in parabolis signum: quid in genitricis gloria, cum esset etiam singularis vel in parabola? Singularis sane, etenim oppositionis consortium tantum in Virgine: quæ quidem & purum servavit pudoris claustrum, & terra salutaris fecit centesimam fructum. Non mirum, quod inquirere parabolam, ubi mysterij nullam habebant notitiam: siquidem filius Virginis in parabola expressit, quod nec oculus vidit, nec auris unquam audivit.

Cuius prævillegium cogitationi sublimiori ignotum.

16 Fovebat flammam rubi materia fragilis, quin fragilitatem vis consumeret ignis; cum explorarent curiosi lumina viretorem, & flammam ignis quasi tentum rosis flammam. Vidit Moyles, & oblituit, quippe rubus flagrabat, & flamma crebat. Adam (ait) & videro visionem hanc magnam. Magnam, tamquam nihil ultra pisset oculis obijci, & intellectum admiratione ligare. Cur ergo nil cogitatur ultra, ubi in ubo ita mitis coruscet flamma? An quia, ut ait Philo de Vit. Moysi lib. 1. è medioprominebat forma quedam pulcherrima, nulli visibili similis, divinum plane simulacrum, luce fulgens clarissima, ut suspicari possit Dei imaginem? Minime proposito oportunum: quandoquidem imago Patris formam servi accipiens, requievit descendens in terram, in virginem scilicet quæ credidit humanam formam: ita ornantibus pellam monili pudoris, & auroram in ætatis; ut nulli staret visibili similis.

Exod. 13. 3.

Non habuit similitudinem

17 Aliter ecclesia catholica cogitat: igitur in flamma ubi qui apparuit, designat Verbum Dei factum in Virgine homo, vel cuius genitrix virgo. Rabum (canit) quem viderat Moyses jombustum, conservatam agnovimus tuæ laudabilem virginitatem, Dei Genitrix, seram unde ex rubo flammante, & incombusto vel igne proximo, patet integritas virginis, & fulgurat honor matris? Ex igne, ita rubus flagrabat, & non ardebat. Sicut igne inveniuntur conditiones ardendi & liquidandi in feminis inest vel auctoritas matris, vel reverentia virginis. Ardet profertur reverentia virginis, ubi lucet in illis auctoritas grave matris: & dicitur huiusmodi vobis, visio magna, in qua vivide prægnatur Maria; quippequam in femina (apparente) in ignis flammæ peregrina omnino notata, quod luceret maternitas, & non ardeat virginitas. Verè Deus apparuit in flamma

Non ardet virginitas, ubi luxit maternitas.

ma rubi, dum apparuit orbi: etenim dumtaxat in mundo, apperente Dei Verbo, poterat videri & mater & virgo. Divinus est fructus, ubi candor virginitatis illatus. O felix, imitari nescia Virgo! O femina! salve: etenim in auxilium hominum, & orbis prodigium, felicem gestas uteri sinuamine fecerim. O terque quaterque beata! Floride Venantius ubi suprà. v. 146.

Venat.

Arbor singularis.

Plin.

Quanta miracula in Christi natiuitate!

Gaudia quanta sinus bilaris tuus ille vehebat, Cum tua membra premens, plus releuabat onus? Qualiter illa novum tenuerunt viscera lumen? Quod decus intus erat, quisve honor inde sonavit? Quis te nunc sensus, Domini pia mater habebat, Cum tibi talis erit fetus honore novo? Excedit sensum singulare miraculum, quippe nisi in te non visum. Tantum igitur in te conciliata matris gaudia, & virginitatis gloria. Cæteræ arborum venustarum, in sententia Plinij lib. 16. cap. 25. Pariunt, cum florent. Tu verò arbor insignis, flores dum paris: etenim si virga dominationis egressa fuit pulchre de incorrupta radice virginitatis, in partu utroque mirabili flos non decidit, sed ascendit de radice.

18 Audite Bernardum mellissuè loquentem in Vigil. Nativit. Domin. Serm. 1. O natiuitas illibata sanctitate, honorabilis mundo, amabilis hominibus collati magnitudine beneficij, & investigabilis etiam Angelis sacri profunditate mysterij, & in his omnibus admirabilis singulari excellentia novitatis, utpotè que nec primam similem visa est, nec habere sequentem! O

partus solus sine dolore, solus nescius pudoris, corruptionis ignarus, non reserans, sed consecrans virginis uteri templum. O natiuitas supra naturam, sed pro natura, miraculi excellentiâ sperans & reparans virtute mysterij! Generationem istam quis enarrabit? Angelus nuncia, virtus obumbrat Altissimi, Superuenit Spiritus, Virgo credit, fides concipit, virgo permanet. Quis non miretur? Nascitur Altissimi filius, Deus de Deo genitus ante sacula, nascitur verbum infans. Quis vel satis miretur? Iure dicit Propheta: Consideravi opera tua, & expavi.

Bernard.

Hibac. 1. 1.

Ordo conceptionis.

Venant. Ferr.

19 Venantius Fortunatus ubi suprà. canit floride. In Deitate Patri equalis, sed corpore matri, Et sine peccato de genitrice caro. Factor dans legem, factus sub lege minister, Ipse pater mundi, filius ipse tibi. Unde tuum mater generas natum, atque parentem, Hinc prolem, inde patrem, hoc Deus, illud humus. Non sua confundens, sibi nostra, sed omnia nesciens, Quem sine peccato gignit uterque virum. Iam visa in orbe quæ expectata, & nunquam visa. Iam Maria adnatar margarite celo fecunda parente. Acumen expressit Maternus succinens: Unio, quem rutilo pariunt conchyliæ Sole, Conceptus tenui rare parente fuit. Sic fecunda suum peperit dum virgo Tonantem Sol Deus, Iesus unio, concha parens.

Marc.

